DEDICATIO.

Serenissimi & Celsissimi Principes,

Principes & Domini Clementissimi.

QUÆ alias sæpius Gentis Judaicæ, illius Divini peculii, in sacris literis figura est, Vitis, non minus eadem sancti Spiritus, stylo Ezechæliano expressa, φερόσει (cap. XV. XVII. XIX.) regiam familiam nonnunquam & in ea principes notare observatur. Non hic nostrum est institutum, ut emblema coloribus suis pingamus, vel menti prophetæ assequendæ commentarium scribentes, ea exprimamus, quæ utrisque sunt communia. Sufficiant ea, quæ ultro se, ubi primum illa animo objicitur similitudo, offerunt. Dicantur stirpes illustres generosæ vites, quæ cum aliis plantis eadem humo prognatæ, dulcedine tamen fructus istas non parum superant; sub quarum palmitibus latissimis (melius quam domestica vite aut fico) umbram & somnum secure capere licet; quæ si propria dignitate aliis fruticibus non præferendæ, & sceptro exinde dolando minus videan-